ht ñ semp habebitis uobis cũ; quare? quo conuersatus est secundũ
secundũ prouidentiã, secundũ ineffabilem & inuisibi
lem gratiam impletur quod ab eo dictũ est, Ecce ego uobis
cum sum omnib; dieb; usque [in] consummatione saeculi; se
cundũ carnem uero quod uerbũ adsumsit, secundũ id quod
de uirgine natus est, secundũ id quod a iudaeis prensus [est] quod
ligno confixus, quod de cruce depositus, quod linteis inuo
lutus, quod in sepulc[h]ro conditus quod resurrectione [in] manifestatus;
[h. d.] corporis presentia quadraginta dieb; cum dis
cipulis suis & eis deducentib; uidendo non sequendo ascen
dit in [caelu] caelum & non est hic. Ibi est enim sedet ad dexteram
di patris. & hic est. Non enim recessit presentia ma
iestatis. Aliter, secundũ presentiam maiestatis semper
habemus xpm, secundum presentiam carnis
recte dictum est discipulis Me autem non semp habebitis.
Habuit enim eum aeclesia secundum presentiam car
nis paucis dieb; modo fide tenet non oculis uidet.
Ergo siue sic dictũ est; Me autem non semp habebitis
questio sicut arbitror iam nulla est. quae duob; modis
soluta est, caetera quae pauca remanent audiamus.
Cognouit ergo turba multa ex iudaeis quia illic est & ue
nerunt non propter ihm tantum sed ut lazarum uiderent
quem suscitauit ihs [a] mortuis, curiositas eos addu
xit non caritas, uenerunt & uiderunt. Audite mirabi
le consilium uanitatis, uiso lazaro resuscitato quia tan
tum miraculum dñi tanta erat euidentia diffama
tum tanta manifestatione declaratũ ut non possent
uel occultare quod factũ est uel negare, quod inuenerunt
uidete. Cogitauerunt [autem] principes sacerdotum ut
& lazarum interficerent quia multi propter illũ [illic] abibant
ex iudaeis & credebant in ihm, O stulta cogitatio & caeca
saeuitia, dñs xps qui suscitare potuit mortuum non
posset occisum? Quando lazaro inferebatis necẽ numquid au
ferebatis dño potestatẽ? si aliquid [ud] uobis uidet mortuus aliquid [ud] occisus ecce utrũque
dñs fec & lazarũ mortuũ & seipsum suscitauit occisũ; EXPLICIT

XLVII INCIPIT XLVIII

Ab eo q[uod] ait, IN CRASTINUM AUTEM TURBA MULTA QUE UENERAT AD DIEM FES
TU usque ad id q[uod] ait, SI QUIS MIHI MINISTRAUERIT HONORIFICAU
ILLU PATER MEUS;

UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_207/0227